



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XVIII. De construendis, consecrandis, & reparandis Ecclesiis, & Altaribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

fidem quidem sibi invicem dederint, vel etiam de facto contraxerint a, si nec ante, nec post, legitima conjuge superstitite, carnalis intercessit copula, quamvis uterque graviter deliquerit, & propterea etiam sit imponenda poenitentia, matrimonium tamen contractum post uxoris obitum, minime dissolvitur.

Domum aliquam subsecutum procedens delictum, & ejus poenitentiam non abolet. h. d.

Vbique adeo b autem machinato in alterius conjugum obsequio adhibita, inter superstitis machinatores matrimonium spem excludit, ut si infidelis cum Christiana communicato consilio ejusdem maritum de medio sustulerit, licet postea per studium superstitis uxoris ad fidem Christianam translatus fuerit, non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim hujusmodi lucro, tam detestandum damnum Ecclesia resarciri patitur.

Animus & propositum distinguunt maleficia. h. d.

Diversa c ratio est eorum, qui ad fidem conversi, illorum sibi matrimonio junxerunt uxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque qui conversas duxerunt, quarum infideles maritos simili modo interfecerunt. nam cum tales virorum defunctorum interitum specialiter non quaesiverint, & matrimonium inter hujusmodi personas licite potest contrahi, & sic conjuncti divortium postulare nequeunt.

Tuivitar affectus licet non sequatur effectus. h. d.

Sed est machinationem adhibitam in necem conjugis effectus consequutus non fuerit, si infidiator alteri supervixerit, spe conjugii d perpetuo destitutus, ad secundas nuptias nunquam aspirare poterit: sicut & in his accidit, qui incestum admiserunt, sacerdotem interfecerunt, & aliis pluribus casibus.

Secunda nuptia absq. timore infama intra annum luctus post sui celebrari, sed non debent benedici, quocumq. tempore contrahantur. h. d.

Illud quoque admonendi sumus, quibus casibus secundarum nuptiarum permessa est celebratio, minime vendendum est nuptiis, ne si intra annum luctus ad secunda vota transierit, aliqua notetur infamia e. Cum enim secundum Apostolum mulier viro mortuo sit ab ejus lege soluta, spud eam sententia & auctoritate, omnis legalis infamia censetur abolita: cum in his praesertim seculares leges non dedignantur sacros Canones imitari. Vir f tamen & mulier ad bigamiam transiens, non debet a Presbytero benedici: quia cum semel benedicti fuerint, hujusmodi benedictio iterari non debet.

DE REBUS SACRIS, S ANCTIS, ET RELIGIOSIS. TITVLVS XVII.

Titulus sequens scilicet subordinat sequentia ad precedentia. h. d.

Sacramentorum breviter explicato tractatu, illorumque sectione ac natura cognitis, transeamus jam ad res sacras & sanctas, quales sunt Ecclesiae, Altaria, Sanctorum in his condita reliquia, vasa, vestes, & similia ad divinum cultum principaliter comparata. Paulo mox & de religiosis districti, ut sunt, religiosae domus, xenodochia, cetera, & sepulturae.

DE CONSTRVENDIS, CONSECRANDIS, ET REPARANDIS ECCLESIS, ET ALTARIIBUS. TITVLVS XVIII.

Non licet celebrare, nisi in templis consecratis, nisi ex privilegio, vel ex causa necessitatis. h. d.

a C. i. ext. de eo qui dicit in matr. b C. i. ext. de non res. in fid. c C. i. ext. de conv. in fid. d C. i. ext. de divortiu. e C. pen. & in ext. de sech. imp. f C. i. ext. de matr. de sech. imp. g C. i. ext. de matr. de sech. imp. h C. i. ext. de matr. de sech. imp. i C. ad audientiam. l. i. l. i. ext. de matr. de sech. imp. k C. i. ext. de matr. de sech. imp.

F Ecclesiam a hoc loco accipimus eorum non Christianorum multitudinem, sed tantumque congregationem, quam manifestum ipsum templum, & orationis domum, ab eo quod continetur in quodam sacro denominacione. Sic ergo non aliter, quam sacra Deo sacerdotibus, sacramento ministerio, cum suis altaribus, vasa, vestibus, & reliquiis ad divinum cultum explendum utentibus, sit dem consecrata, & ad offerre licet: nisi quis super hoc specialiter privilegium munus, vel summa coegerit: necesse est, ut quae combusta sit ecclesia, quo casu, donec illa restructa, an capellis cum sacra tabula celebrari poterit.

Constitutum in civitate, licet celebrari fas sit, & ad idem privari domibus est deponendus. h. d.

In itinere d quoque constituta, ecclesia non potest, sub dio, sive in tenentis, si tabula altarum, ceteraque ministeria adfuerint, missam solemnem celebrare: mittendum erit: alioqui si quis in orationis, & missae vatas domos constitutas, sine consensu Episcopi licet auctoritate fuerit, deponendus erit.

Episcopus excoiscentibus fidelibus, non est nuptias nuptiarum potest, & usum in plures divortii. h. d.

Constituuntur autem Ecclesiae, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel utriusque universitatis intuitu, aut in pastoralis dignitatis principium. Ob incrementum populi tunc nova constituta est Ecclesia, cum certis in regionibus adeo multum desiderium excrevit, ut illorum cura unica sit impotens. Sicut f enim ea ratione unus Episcopus in tota, & ritis accedente voluntate, dividi potest: licet Episcopus de baptizantibus & parochialibus Ecclesiis habet unum accedente consensu, facere potest: quod si factum fuerit, illa pars populi, quae novis Ecclesiis dependit, a iure prioris Ecclesiae abolvitur.

Plures baptismales Ecclesiae non debent fieri sine auctoritate, & terminacione contraversione ad idem populum, vel forte. h. d.

Plures g tamen baptismales Ecclesiae in una terminacione facere non poterit. Quod si de terminacione duarum matricum ecclesiarum conventio fuerit, plures utrarumque discernent: quod si non conveniant, Dei iudicio controversia discernetur.

Non est per iurum Episcopus, subsecutus Ecclesiam, non potest alienare ecclesiasticam. h. d.

Nec h quicquam Episcopo obstat, quod de rebus Ecclesiae non alienandis iuraverit, nam & illi non obstante juramento, populo indigenti super necessitate institutione salubriter providere poterit, & debet.

Ob commoditatem plebium nova Ecclesia adificari potest, quae tamen matris honorem exhibere debet. h. d.

Plebium i commoditas tunc novam adificari debet Ecclesiam, cum parochianorum pars non possit a veteri, ut certis temporibus non sine magna difficultate, & periculo illam dire, & illi congruis temporibus divinis interesse, & sacramenta percipere possint: quo quidem casu maxime si ministerio commode pro sustentatione sua provideri possit, nova quidem erit Ecclesia construenda, sed a filiali matrici Ecclesiae pro facultate sua competens honor exhibendus erit.

Universitatis intuitu potest nova Ecclesia adificari, neque pro leprosi. h. d.

Universitatis intuitu nova Ecclesia edificari poterit: veluti cum plures simul leprosi & alii morbo...

a Can. Ecclesia de cons. dist. i. b C. i. ext. de matr. de sech. imp. c C. i. ext. de matr. de sech. imp. d C. i. ext. de matr. de sech. imp. e C. i. ext. de matr. de sech. imp. f C. i. ext. de matr. de sech. imp. g C. i. ext. de matr. de sech. imp. h C. i. ext. de matr. de sech. imp. i C. ad audientiam. l. i. l. i. ext. de matr. de sech. imp. k C. i. ext. de matr. de sech. imp.



73
vita congregati fuerint. His enim, quod Ecclesia
cum cimiterio, & quod proprio gaudere valeat privi-
legio, permittendum erit. Cavebit tamen hi, ut in iuriosi
veteribus Ecclesiis de iure parochiali nequaquam exi-
stent. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad alio-
rum in iuriam ficti convenit.

*Episcopi concilium pro spoliis a propria Ecclesia adificari, aut
restituere non possunt. h. d.*

Episcopo a quoque in sua parochia novam Eccle-
siam adificare permittitur. Sed multum intererit,
Ecclesiam monasticam informandam regulis constituat,
non vero ex alia causa, forte pro propriis erigere velit se-
pulturis: cum primo casu eandem ex rebus Ecclesie,
cum parafidit, usque ad quinquagesimam tantum partem
cedere debeat: secundo vero non amplius, quam cen-
tesimam conferre licebit, ea quoque adhibita cautela,
ut unam tantummodo ex his duabus remunerationem
accipiat.

*Qua servari debent in construenda Ecclesia, vel consecranda, &
quod Ecclesia indotata consecrari non debet. h. d.*

Quamquam tamen ex causa nova extruenda sit Ec-
clesia, observandum est in primis, ut civitatis Episco-
pi, sine cuius assensu id inchoari non debet, ad lo-
cum veniat, in quo erucum ipse figet, & publice atrium
delimitabit, nec illam antea parietibus adificari, aut munus
impedendi consecrationis, quam dotem basilicæ, & obse-
quium ipsius per donationem chartula confirmatam ac-
cipiat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & custodiam
suspensio, sufficere valeat.

*Consecrati veritas Ecclesiarum potest novum opus munitari. hoc
autem.*

Eccl. si quis, dum nova construitur Ecclesia, aut pro-
prium ius immittit, ut sibi quoquo modo noceri
eridit, novi operis nunciatione consulere sibi pote-
rit: postquam si legitima non sit impetrata remissio,
et siquid adificatum fuerit, sive illud iure, sive iniuria,
omnino adificatum impensis destruendum erit, nego-
tiumque ipsum secundum legum & canonum statuta
terminabitur.

*Quæ præter Episcopi consensum Ecclesiam consecratur, facit salu-
tari per patronatus dicit.*

Divertum statuerunt in ea, quæ præter Episcopi con-
sensum constructa fuerit: hæc enim si nemini nocet,
destruenda quidem non erit, sed ob superioris neglectum
exclusio iure patronatus cum dotibus suis Episcopalis
iuribus applicabitur.

Ecclesia debet, quæ potest citius consecrari. h. d.

Antiqua igitur legitime extructa non ante sacris est de-
putanda a mysteriis, quam munus consecrationis
acceperit: quod ne qua divino cultui offeratur mora,
quæ potest citius esse consecrandum erit.

*Ecclesia consecranda est ab Episcopo, qui prius baptizavit inco-
nsecratam, ubi constructa est. h. d.*

Et si dubitetur a quo dedicanda sit, illud exquiri
oportebit, cuius civitatis Episcopus, antequam fun-
daretur, incolas baptizaverit, & ad cuius consignationem
sub annua devotione concurrerint: atque is etiam ad con-
secrationem vocandus erit.

*Ecclesia semel consecrata, non debet amplius consecrari: nec di-
stinguatur, quod servatur semel factum. h. d.*

Eccl. si autem, vel altari semel Deo consecratis
non debet iterum consecrari adhiberi: quia velut
infans a sacerdote rite baptizatus, non debet iterum ba-
ptizari, ita nec locus semel Deo dicatus, iterum conse-
crari. Plane si de Ecclesiis, vel altarium conse-

a. Can. si quis, pen. 22. qu. 2. c. pen. extr. de dotat. b. Can.
consecr. Ecclesiam, de consecr. dist. 1. c. 1. c. seq. ext. de voti oper.
monast. d. Monasterium, servit. c. 1. c. 2. de consecr. eccles. f. d. 2.
ext. de relig. dom. g. Can. vel, semel, de consecr. dist. 1. h. Can. so-
lenniter, de consecr. eccles. & can. ecclesia vel, de consecr. dist. 1.

cratione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut
testes existant, sine ulla dubitatione erunt consecranda.
Nec talis trepidatio iterationem facit: qui iterum dici
non potest, quod semel esse factum ignoratur.

Ecclesia polluta debet reconciliari. h. d.

Sed si Ecclesia, aut ab igne exusta, aut fusione san-
guinis, vel fensura, vel excommunicati humatione
polluta fuerit, etiam si semel antea consecrata appareat,
nihil minus diligentissime expurgata, iterato consecran-
da, vel reconcilianda erit.

*Tropter detrimentum altaris, ipsum altare, non Ecclesia est ite-
rum consecranda. h. d.*

De eo dubitari contigit, si altare motum fuerit, aut
lapis superpositus, qui sigillum continet, contractus,
aut diminutus, an Ecclesia debeat iterum consecrari. Et
responsum est, ob id Ecclesia non esse consecrationem i-
terandam, sed ipsum solum altare denuo consecrandum.

*Quibus diebus potest Ecclesia consecrari, sed solum ab Episcopo,
qui ea quo sunt jurisdictionis, potestus demandare, inferioribus:
fœtus quo sunt erant, h. d.*

Consecrari autem poterit Ecclesiarum, Altariumque
consecratio quibuscumque diebus, tam Dominicis,
quam privatis, sed non a quocumque. Licet enim aqua
per Episcopum benedicta, per alium Episcopum, qui a quo
benedictionem non impendit, Ecclesia reconciliari possit,
idem tamen per sacerdotes simplices fieri non poterit,
quia ea quidem que jurisdictionis sunt, etiam inferioribus
Episcopis demandare potest: sed que ordinis
sunt, inferioris gradus clericis committere non poterit.

*Non debet consecrari Ecclesia, ubi sepulta sunt corpora infidelium,
nisi servata forma huius. h. d.*

Illud etiam animadvertere consecrante oportebit,
ne basilicam, in qua infidelium sepulta sunt cada-
vera, sanctificet. Sed si consecrationi apta videbitur,
oculis inde corporibus, & talis parietibus & tignis, con-
secrari poterit.

Festa dedicationum Ecclesiarum debent celebrari. h. d.

Solemnitates quoque dedicationum ipsarum Ec-
clesiarum per singulos annos erunt celebranda, ipso Do-
mino exemplum dante, qui dum ad festum dedicationis
templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omni-
bus idem faciendi formam tribuit.

*Reparatio Ecclesie prius ad possessorem beneficii, & Episcopus
debet de sua terra contrahere. h. d.*

Habitus delibasse sufficiat: nam si reputanda sunt, vel
emendanda, id oneris procul dubio ad eum, qui Eccle-
siasticum possidet beneficium, pertinebit. Sed & Episcopus
tertiam partem sibi obtinentem impendere debe-
bit. Nunc de Ecclesiarum unionibus, paucis dispiciamus.

DE VNIONIBVS ECCL-
SIARVM.
TITVLVS XIX.

Quid sit unio, & quotuplex. h. d.

Vnio nihil est, quam duarum pluriumve Eccle-
siarum facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo
quod plures Ecclesie in unum conjungantur. V-
nionum autem dux sunt species: aut enim perpetuæ
sunt, aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ sunt, ut sine
pænitentia temporis perdurent. Temporales sunt, quæ
ad certam tempus, puta ad aliquam vitam instituntur.

a. Can. Ecclesia semel, ver. nisi, de consecr. dist. 1. c. præpositi, c.
consulisti, & c. si, extr. de consecr. Ecclesia. b. Cr. extr. de consecr.
Eccles. vel alt. c. 2. extr. d. 111. d. Can. aqua per, ca. 2. ex. de
consecr. Eccles. c. Can. Ecclesiam in qua, & can. seq. de consecr.
dist. 1. f. Can. solenniter, de consecr. dist. 1. g. Cr. & c. de her.
ext. de Eccles. adific.

